



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

1. Septembis. Viri eximiâ virtute, licèt tenui ad juvandos proximos doctrinâ, suis eloqueter concionantur, vel aspectu sui validiùs persuadent probitatem, quàm possent dicendi peritiâ quàm maximè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

I. Septembris.

*Viri eximiâ virtute, licet tenui adjuvantes  
proximos doctrinâ, suis eloquenter con-  
cionantur, vel aspectu sui validius per-  
suadent probitatem, quàm possent dicen-  
di peritiâ quàm maximè instructi. S.  
Ignat. apud Bart. f. 388.*

**A**lia verborum est, alia animorum re-  
gina eloquentia. Sermocinatores in-  
numeri, pauci animorum Domini, quia  
multi, quæ dicenda sunt, curant, quæ  
agenda sint, minùs solliciti.

Verba volant, cor non feriunt, nisi pon-  
tus sumant à virtute; hanc aliis suadere  
qui volet, sibi priùs persuadeat, aliàs ineffi-  
cax cadet oratio; murmur, & strepitum  
ciebit, non animos.

Ludicra sunt vulgi judicia! optimos des-  
prædicat concionatores, qui verbosissimi,  
quibus promptum semper affluit oratio-  
nis flumen, quasi verius à plausu homi-  
num, non animorum motu, de illis statu-  
endum foret iudicium.

Faciliùs est morum sanctitate deprava-  
tos populi mores emendare, quàm si è  
mille cathedris virtutem doceas, Proniùs  
est

est errare naturam, quam populum à maiorum moribus discedere.

2. Septembris.

*Si parùm domiti natura impetus verba, factave à nobis frequenter excutiant ab eo, quod profitemur, aliena; tam diu sunt durius castigandi, dum nobis obtemperant. S. Ignat. vitæ l. 3. f. 218.*

**T**Am diu catenis illigandæ sunt feræ, dum plenè mitescant, ut nocere non amplius sciant; par animales appetitus compescat rigor, plura secus tibi, & aliis damna inferent.

Quàm diu vivimus, hostes domitalis mus; sopitus est, non extinctus ignis, qui latet sub cinere, modicâ opus est stupâ, & & in flammam erumpens luculentum se ostendet.

Facilè ad naturam redeunt, quæ cicures videbantur feræ; plùs tamen his, quàm innatis affectibus fidei; citiùs hi, etiam ubi mortificati credebantur, furorem sumunt, & certiùs nocent.

Qui tutus esse vult à vulnere, in armis vivat, nec noctu his, nec die careat, pugil perpetuus; nec enim hostes nobis in-